

Votum pro salute Principis.

batis. Vota pro salute Principis hac die referuntur à Joan. Hemelar. in Numism. ann. ex Plin. ex Tacit. Tabul. 40. sed fallitur, uti videbimus, die 4. n. 8.

Seria Semideis, & Mentibus celestibus.

13 Apud Athenienses postridie Kalend. cuiuslibet mensis ( qui post Numenia secundus dies ) sacra fiebant Heroibus & Damonijis : tuncque crater secundus. Plutarch. d. Hoc sacrum ab Alexandr. Neap. 3. cap. 18. tribuitur Semideis, Mentibus celestibus, Satyris vel Faunis. Ita etiam Gyrald. Syntagm. 15. n. 30. & Natal. Comes, 4. Mytholog. à cap. 2. Idem etiam solemne apud Lacones, & error etiam inolevit in Sinis, apud quos templum dicatum Damonibus & Spiritibus celestibus; uti observat Kircher. in Simia Aegyptiac. Syntagm. 5. cap. 2. Dicemus de Ate, vel Erinny, 22. Marr. à n. 18. Maximum hoc mense festum erat, quod Gamelia vocabant (à quo mensis nomen) dicatum Junoni Gameliae, hoc est, Nuptiali. Plutarch. de Praecipis conum. cap. 28. Coel. Rhodigin. 28. cap. 23. Gyrald. Syntagm. 3. à n. 7. Alex. Neap. 6. cap. 4. qui ibid. dicit à Romanis dictam Junonem Jugam, quia conjugijs praerat, & sponsum imponebatur jugum. Plutarch. in Demetr. Jugum in perpetuam conjugatorum pacem; qua de causa inter Gothos (ut refert Roman, in eorum Republ. cap. 5.) nova nupta praeferebat lanceam, quam postquam in domum ascendebat sponsi, per fenestram projiciebat. Ex illo enim articulo projiciendum, quicquid foveret dissidium, in pacis & concordiae amabilem studium & mutuum obsequium. Tunc inter Romanos à victima fel dimovebatur, & illud defodiabant post altare loco abdito & operito, in signum matrimonij sine fele & amaritudine. Idem ibid. & Natal. Comes, 2. cap. 4. Hac sacra etiam dicta Junonia, ut observat quò nuper Plutarch. & Juno Gamelia propter nuptias cum Jove, ad quorum convivium cuncta animalia promptè accesserunt, serò accedente restudine, luente inurbanitatem totius domus pondere; de quo Philipp. Beroald. in 1. Metam. Apulei. & Achil. Bocch. Symb. 110. Imago Junonis Gameliae erat foeminae in folio sedentis eximia magnitudine, auro & ebore fabricato, cum corona in capite, in qua sculptae imagines Gratiarum & Horarum. In manu habebat malum punicum, altera sceptrum, cui cuculus infidebat; quia virginis amore captus Jupiter, in eam se verterit avem, quam puella uti ludicrum captavit. Ita apud Chartar. pag. 124. Ei obsequiebantur virgines (remotis à sacrificio pellicibus, sicut apud Roma-

Gamelia.

Junonia & Gamelia.

Nuptiarum sacrificium Junonia.

Imago D. e.

Gratie & Horae.

nos ab ara Junonis Sospitae, de qua 1. Febr. n. 12.) quae quidem statuam ornabant speciosa caesarie, & speculum ut se comeret, praebant, uti de Superstition. capit Seneca: ex quo Thomàs Dempster. ad cap. 6. lib. 2. Rosin. subdit: Speculum Junoni dicebatur tenere. Capillos disponebant, stantes, digitosque movent ornatum modo. Apud Coes festum Junoni agebatur abactis à templo fervis. Ideo dicebantur hominum soli libere sacrificare; quia Divinae Junonis honori operam dantes, à convivio prorsum servos ejiciebant. Rhodigin. 13. cap. 23.

Servi à sacrificio expulsi.

14 Apud Lacedaemones plauditur, Pausania Regi restitutam Byzantium, vel ab illo fuisse expugnatam, excussio jugo Xerxis Persarum Regis. Ludov. Nonnius in Graciam Goltz, Tabul. 27. Hanc urbem è pulvere erectam à Pausania, asserunt Justin. lib. 8. Oros. 7. cap. 28. & Isidor. 15. Origin. cap. 1. Inficiatur Nonn. cum ante Xerxem Byzantium fuisse, manifestum sit. Hanc urbem, cum Philippus Amyntae in Graciam inferret bellum, ut totam haberet, primum occupavit in nobile emolumentum, ut per orbem floreret imperium Macedonicum. Justin. ibid. Inter Eleos in templo Jovis Olympici statua Antigono, Duci Macedonum, & patri Demetrii, quae pedestris, inter Philippi & Alexandri signa. Diar. Graec. Meminit Pausan. cap. 188.

Byzantium conditum.

Statua Antigono.

15 Inter Boeotos dies famigeratus propter Thebas restauratas à Cassandro Rege, filio Antipatri, in odium Alexandri Magni, qui ante Persicam expeditionem illas destruxit, retrò annis viginti; ita ut à strage nihil in inclyta civitate remaneret praeter Deorum statuas & domum Pindari. K. Gr. Pausan. cap. 287. Nonnius, Tabul. 35. Briet. V. C. ann. 439. de illa subdit Pausan. cap. 300. Annæ Dirce transmissa, videas Pindari locus ruinas, & Dindymena matris sacrarium à Pindaro dedicatum. Die unico anniversario sacrarium aperire solemne habent. Eo ipso die mihi ut adesset, contigit: quare signum id fuit mihi spectandi copia. Est autem è Pentelico marmore, sicuti & solium. Dum Thebae restauratae, restaurata etiam sacra Dedaalia; de quibus, 2. Marr. n. 24. Haud beneficentia Cassander reaedificavit Thebas. Totum in Alexandri odium, cujus matrem lapidandam inimicis tradidit, filiasque veneno sustulit, recordatus collisionis capitis ad parietem in Perside, commota bile Alexandri ex risu concepto praedoratione Persarum contra morem Macedonum. Ex tractu Cassandro tantus horror, quòd Delphis videns Alexandri statuam, per-

Restauratio Thebarum.

Domus Pindari servata.

Cratetis statua.

Phrynes statua ob Thebarum instaurata moenia.

Propert.

Statua Hiram.

Tyri templum Jovis Olympio.

Sacra Hemphrae.

perculsus excesserit mente. Plutarch. in Alexandr. & Nonnius, d. Propter civium cladem, post Crates cum eis universas facultates tradidisset; patriam fugiens, dixit: Non est opus mihi civitate, quam Alexander vel alius subversurus sit. Aelian. Var. histor. 1. cap. 6. Illi Athenas profecto erecta statuam cum baculo & pera more Cynico. Laert. lib. 6. ubi plura de illo. Moenia Thebarum, musica, quae erecta ab Amphione, & simul tibijs, demolita ab Alexandro, uti dicemus Isagog. Maij, n. 6. noluit, aut non valuit Cassander erigere, quamvis vidisset integrum aurum in sinu statuarum, quò propter consternationem deposuerunt cives (de quo Athen. 1. cap. 15. & Plin. 34. cap. 8.) sed aucta est Phryne, moeniaque Thebarum facultatibus speciosiora firmioraque priscis erexit, modò civitati donaretur, & in culmine murorum inscriberetur: Evertit Alexander, sed restituit Phryne. Rhodigin. 20. cap. 25. Annuere Thebani. Erasim. 8. Apophth. n. 33. Unde Propert. 2. Eleg. 6. v. 5. accinit: Et quae deletas potuit componere Thebas Phryne, tam multis facta beata viris. Idem Athen. lib. 13. cap. 22. Est eo in loco (subdit Pausan. cap. 302. & Plin. 34. cap. 8.) Venus, & Phrynes effigies, utraque è marmore: inauratam imaginem dicit, cap. 330. quam ipse artifex dedicavit. Aha, die 14. n. 7. Has ergo statuas cum vidisset Diogenes (ut in eo refert Laert. lib. 6.) & Crates (uti observat Plut. 2. de Fortun. Alexandr.) dixerunt: En Gracorum luxuria & intemperantia.

symbolorum apparatu effigiatum tenebant ( insit Kircher. Tom. 3. Oedip. Aegypt. Syntagm. 2. cap. 4. in Prolution.) quo indicabant supremi hujus Numinis dominium, omniumque sibi subditarum rerum necessariam dependentiam; sine cuius concursu nihil subsistere possit: Numenque nudum exhibetur, qui id ab omni rerum contagione longè remotissimum, nullius indignum, sibi ipsi solum sufficiens est. Hinc supremum Mystarum in Aegyptios cidati seu tiara, sapientiae symbolo, conspicuus throno insidet potestate summa, supremi Numinis Hemphrae vices referens. Idem ibid. & Syntagm. 3. cap. 2. Deus in se, & quoad creaturas hieroglyphicè exprimitur: quoad nos sub voce Eneph; de quo, 11. April. n. 8. quoad se nomine Hemphra. Unde Jambl. de Myster. Aegyptior. §. 10. Primus Deus (insit) ante ens, & solus, pater primi Dei, quem gignit manens in unitate sua solitaria, atque id est superintelligibile, & exemplar ipsius, unipater, & Deus vere bonus. Ille enim major & primus & fons omnium, & radix eorum qua prima intelliguntur & intelligunt, scilicet, Idearum. Est enim hic principium, Deus Deorum, & ejus ratio unitas ex uno, super essentiam essentia principium: ab eo enim essentia: propterea Pater essentia nominatur. Haec sunt principia, quae Mercurius praeposit. Audiamus Mercurium in Pimandr. ubi: Usarachus est Jupiter ( apud Aegyptios Hemphra ) per caelum Hemphra seu Jupiter omnibus praebet vitam. Sunt enim omnium specierum Principes Dij. Horum Usarachus vel Princeps est Pantomorphon, quem Omnisformem vocant. In signum pingebant globum alatum, ex quo terpens egrediebatur, ut hieroglyphicum triformis Numinis. Egitimus in Tautolog. Tom. 1. T. 2. à n. 12. & 4. T. 4. à n. 18.

Imago.

Eneph.

16 Apud Phoenices dedicatio statuae Hiram Tyri Regis. Reuchl. De statua hujus Regis nihil inveni: duntaxat legitur apud Joseph. 8. Antiq. cap. 2. ex AA. Ethnicis, hoc in mense ( apud Macedones, Geritio ) erexisse & dedicasse templum Jovis Olympij, quod aureis donarijs ornavit, in quo etiam construxit auream columnam; cum demolitus esset antiqua templa, exceptis Herculis & Astartis, quae noviter instauravit, primusque statuam Herculi erexit. Ad dicta, Tom. 6. T. 3. n. 7. Verum Deum cognovisse ex familiaritate cum Davide & Salomone, cum prius coluisset Jovem, Herculem, & Astartem; excogitat Alapid. in 3. Reg. 5. 7. Vel simul cum falsis Dijs coluit verum Numen, ut fecit Nabuchodonosor & Cuthaei. Petro Alexandrino arridet in Chronic. pag. 215. Hiram filiam Salomonem duxisse.

18 Apud Sinas postridie novilunium ( etsi in novilunio & plenilunio figat Kircher in Templ. Isiac. Syntagm. 5. cap. 2. ) concursus Doctorum scholae Confutij ad ejus fanum. Trigaut. in Exped. ad Sinas. Ab hoc ibi Litteratorum secta, quae inter illos primaria, magnoperè incumbens Magistri venerationi. Templum constructum supra ludum litterarium, & juxta palatium Magistratus; in quo imago Confutij plena litteris, ac in tabula ejus nomen aureis exaratum figuris elementorum quam videtis apud Kircher. d.

Confutius.

Imago.

17 Inter Aegyptios sacra Hemphrae, qui dicebatur Usarachus, videlicet Deorum supremus. Hoc enim Numen in abdito, patri

